1660

Statutum Terræ Aquin:
ad usum D. D. Josephi
Falchi

Index

Francesco Fontini

12

Capitulorum Statuti Aquasparte

Carte n.°

De citationibus faciendis cap. 1 — 2
De creatione Baiuli cap. 2 — 3
De modo procedendi in causis Civilibus cap. 3 — 3
De executione instromentorum cap. 4 — 4
De modo procedendi quando producuntur Appellatione cap. 5 — 5
De exceptionibus cap. 6 — 5
De modo respondendi positionibus cap. 7 — 6
De instantia cause principalis cap. 8 — 7
De procuratoribus tutorum et curatorum cap. 9 — 7
De alienatione minorum et mulierum cap. 10 — 7
De successionibus ab intestato cap. 11 — 8
De feriis cap. 12 — 9
De suspectis et fugitivis cap. 13 — 10
De iure libertatis terrarum pane Doni cap. 14 — 10

	Carte n°
De testibus cap: 15	10
De compromissis cap: 16	11
De pensione domorum solvenda cap: 17	13
De edificatione communi parietis cap: 18	13
Vendens debet requirere proximiores cap: 19	14
De termino in confessum cap: 20	14
De iurisiurando deferendo parti cap: 21	14
De praescriptione salarii mercenariorum cap: 22	15
De indemnitate damnificatorum cap: 23	15
De mercede gubernatoris cap: 24	15
De mercede offitij notariorum cap: 25	17
De mercede procuratorum cap: 26	18
De mercede baiuli cap: 27	18
De appellationibus cap: 28	19
Doctores et notarij non possint retinere cap: 29	20
Mulieres non ingrediantur palatium cap: 30	20
Officiales forenses non possint negotiari de [illegible] cap: 31	20
De iure summarie reddendo forensibus cap: 32	21
De pena petentis plus debito in solidum cap: 33	21
De pena capientis columbos cap: 34	21
De pena ammoventis terminos cap: 35	22
De pena turbantis in possessione cap: 36	22
De quibus bonis non potest fieri executio cap: 37	22

Carte n°

De diebus feriatis cap. 38 — 23

De pena non ~~[illegible]~~ uccatorum (?) ... quatergorte (?) ... cap. 39 — 23

liber extraordinariorum

De mensuris et passetis cap. 1 — 24

De plateis mundandis cap. 2 — 24

Quod nullus piscare possit in Naia cap. 3 — 24

Quod forenses quolibet anno solvant sol. 4 pro [illegible] cap. 4 — 25

De fornaciarijs cap. 5 — 25

De pena proicientis de domo aliquid turpe in stratas publicas cap. 6 — 25

De pena euntis de nocte sine lumine cap. 7 — 26

De pena ponentis ... per oppidum Aquaspartae cap. 8 — 26

De ovibus et porcis non retinendis in oppido Aquaspartae cap. 9 — 26

De ~~[illegible]~~ cap. 10 — 26

De Macellarijs cap. 11 — 27

De bonis moncinis (?) cap. 12 — 28

Carte n.o

De strada deruasata et incommoda cap. 34 — 44

De pena damnum dantis personaliter pecudis cap. 35 — 44

De pena tenentium pecudes vicees castanas et alios pecudes domesticos, vel siluestres absque voluntate domini cap. 36 — 44

Quod liceat reconducere animalia damnum dantia in bonis suis et consanguinei cap. 37 — 44

Quod procedatur de similibus ad similia in damnum dantes cap. 38 — 44

De pena damnum dantis cum pullis, anseribus, et anatibus cap. 39 — 45

De fructibus caducis colligendis cap. 40 — 45

Quod liceat ingredi possessionem alienam, vel domum causa fructus cap. 41 — 46

De pena expellentis firmas alienas cap. 42 — 46

De pena portantis uvas, vel ~~menses~~ agrestes ultra duos menses cap. 43 — 46

De flaminis faciendis cap. 44 — 46

De pena comunis portantis uvas cap. 45 — 46

De terminibus cap. 47 — 46

Reformationes quorundam capitulorum in damnum dantis — 47

STATVTVM AQVÆSPARTÆ

In Nomine Domini nostri Iesu xpi et Virginis Mariæ matris eius Amen

Omnia prospera sequentibus Deum, adversa spernentibus evenire solent ut preclare dictum est à Iurisconsultis. Cum tres sint rerum publicarum species recte, sive legitime secundum Principem Peripateticorum aut enim unus Reipublicae gubernat et hic est Rex. aut pauci et hi sunt optimates aut multitudo mixta ex opulentis et popularibus et hec proprie appellatur respublica. quarum primam hanc nostram comparare fortasse quis non immerito posset. Et cum omnes iste species rerum publicarum legibus indigere maxime videantur que sunt vera fundamenta et columne bonarum actionum ut facinorosi a vitiis metu pene abstineant boni premiis afficiantur. Idcirco nos Rubinus Philippi Fabritius Delfinus Franciscus Damiani Sebastianus Michæline Io. Bap.ta nari Berardinus m.ri Angeli Ser Stefanus Angeli Io. Nicolaus Nicciolini Ser Io. Angelus Menici Berardinus Ser Fabii homines specialiter ad hoc electi per publicum et generale consilium Aquaspartæ habito prius consensu Ill.mi Dnor. videlicet Ill.mi D. Iacobi de Cesis, et Ill.me Dne

Isabelle Liviane eius consortis infrascripta statuta condere
decrevimus que Populus Aquaspartanus singulique Aquasparte
habitatores advenaeque et forenses in territorio Aquasparte commorantes omni tempore servare inviolabiliter debeant sub penis in dictis
statutorum volumine contentis. Ex malis enim moribus orte sunt
leges bone, quarum transgressores cum iustis penis afficiuntur
tunc claresçit iustitia, vigent bone artes, fulget pax, pueri alumne
libere vere vivunt et illustrantur. Hortamur itaque univer
sos ut damna sua vitent et vincant virtutesque amplectantur ex
cluso vitio. Nam ut dignitas honoretur dignitas servetur ita
subditorum gloria Dominorum est gloria.

LIBER CIVILIUM CAUSARUM

De citationibus faciendis cap. i

Quia citatio est de iure divino Deus enim citavit Adam dicens
Adam ubi es et quia scriptum est in iure quod in quolibet actu in
quo pars ledi potest debet citari. Idcirco statuimus et ordinamus
quod unicuique volenti aliquid ab aliquo petere vel consequi
seu aliquid alicui denuntiare et protestari coram iudice teneatur
et debeat una die pro altera ipsum contra quem experiri aliquo
modo intendit citari facere per publicum Baiulum et iuratum nuntium
Communitatis Aquaspartae quod veniat coram iudice responsurus de
iure et talis citatio sit personaliter facta habeat vim etiam perem
ptorii. Si vero dictus Baiulus eum personaliter non invenerit te
neatur eum facere citari ad domum sue habitationis ut domestici
et familiares ei hoc modo denuntiasse possint et si in tali prima
citatione comparuerit hora statuta coram iudice talis citatio va
leat et teneat sin autem iterum sequenti die citetur similiter ad
domum predictam et tales citationes due diversis diebus facte habeant
vim vere citationis facte personaliter dummodo qualibet vice
scribatur in actis talis citatio domi facta et contumacia incu
tur per agentem seu agere volentem et si citandus non haberet do
micilium in Semitorio Aquaspartae tunc iudex ad petitionem
agere, seu experiri volentis scribat in dicti loci, ubi talis citan

25

moratur vel domi ubi habitat ut ex debito sui officij faciat illud citari pro certa die et de citatione fidem faciat scribendo ipsi iudici et hoc locum habeat quando citandus aliqua ratione sortitur forum Aquaspartae, alias quia de iure cautum est quod actor sequatur forum rei non permittimus tales citationes fieri. Addimus insuper, quod si citandus reperiatur in oppido Aquaspartae possit citari pro eadem die et hora.

De creatione Baiuli cap. 2

Cum officium baiuli sit adeo necessarium, quod absque eo nihil possit fieri in iudicio sive civili sive criminali quod alicui preiudicat vel prosit et adeo utile sit officium quod difficile sit Baiulus inveniri. Ideirco statuimus et ordinamus, quod Dominus gubernator vel rector Terrae Aquaspartae teneatur et debeat eligere seu invenire unum Baiulum, qui si possibile fuerit sit fidelis [illegible] timens Deum etiam aliena non appetens, qui iuret ad Sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis officium baiuli bene et fideliter et cum omni diligentia facere et exercere et omnes et quascumque citationes commissiones bandimenta seu proclamationes et [illegible] facere secundum formam praeservantis [illegible] et tenoris commissionis sibi factae, et si in aliquo inventus fuerit dolose et fraudolenter se gessisse puniatur arbitrio iudicis.

De modo

De modo procedendi in causis Civilibus cap. 3

Quia experientia rerum magistra docet quod propter litis prolixitatem subditi adeo in expensis fatigantur, qui sepe ex paruo litigio multa incommoda et damna sequuntur, prout in multis locis et maxime in terra Aquaspartae evenisse compertum est et quod peius est saepissime eveniunt scandala enormia homicidia et dissentiones inde oriuntur volentes igitur huic morbo execrabili mederi et cavillationes et subterfugia procurantium et partium amputare et resecare statuimus et ordinamus, quod in qualibet causa, que civiliter uel criminaliter, uel mixtim agitaretur coram Gubernatore et officialibus Aquaspartae procedere extraiudicialiter, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicij ac sola facti veritate inspecta non servatis aliquibus solemnitatibus a iure civili uel Canonico, uel aliqua Consuetudine seu stilo inductis ita quod de nullitate nunquam possit apponi, uel dici. Volumus tamen quod citato reo secundum formam presentium statutorum, actor exhibeat, uel oretenus faciat petitionem describendam tamen in actis quibuscumque verbis etiam ineptis, dummodo mens agentis comprehendatur et si reus non comparuerit incusatur contumacia eius per agentem ponatur petitor in tenuta bonorum rei p.o mobilium, deinde immobilium, tertio nominum debi

pro rata debiti et pro expensis legitimis et si ipse debitor infra viginti
dies si summa preditas excedit viginti lib: si autem infra decem dies
compareret et satisfecerit creditori de expensis tenuta ipsa recuperet et
suas defensiones faciat, alias post dictos terminos si actio fuerit actio
realis auctoritate presentis statuti creditor efficiatur verus possessor et
faciat fructus suos reservato iure ambarum partium super dominio et
proprietate, si vero agetur personaliter actione tunc talis tenuta
citato tamen debitore et fide facta de debito subastetur publice et pala[m]
tribus vicibus videlicet quolibet tertio die semel et expeditis dictis suba-
stationibus adiudicetur per secundum decretum per iudicem cause plus of-
ferenti et si nemo obtulerit debet per iudicem creditori insolutum
pro quantitate debiti et pro expensis legitimis secundum extimationem
faciendam per extimatores communes vel duos bonos viros eligendos per
ipsum iudicem et si debitor ante dictam extimationem perfectam voluerit
tenutam redimere id sibi liceat solvendo actualiter debitum et expensas
et dicto casu talis recipiens vigore sue oblationis vel virtute dationis
insolutum efficiatur verus dominus et possessor dicte rei ac si vere
emisset a dicto debitore pleno iure. Si vero reus compareret in ter-
mino citationis detur sibi copia petitionis si voluerit et statuatur te[r]-
minus ad respondendum arbitrio iudicis declarando quod secunda
dilatione nullo modo concedatur nisi constet de impedimento legitimo
saltem per iuramentum. Tertia autem non possit concedi nisi per
duos testes probetur impedimentum plene. Hoc enim modo obviatur
fuge ipsius rei, et demum legitimatis personis ubique procuratore[s]
lite agatur detur terminus utrique parti ad probandum quidquid
volunt et possunt, et deinde receptis testibus publicetur processus

et detur

et detur copia volentibus cum termino trium dierum ad opponendum et op-
posita probandum si opus fuerit et iudex ita et taliter se gerat quod infra
tempora in presenti statuto prefixa causa per sententiam definitivam
expediatur.

De executione Instrumentorum. cap. 4

Pro litium amputatione statuimus et ordinamus quod si contigerit aliquem
habere verum debitorem in pecunia vel in aliqua re quacumque ex legitima
causa et super hoc habeat publicum instrumentum et illud produxerit coram
Judice in publica forma non abolitum non cancellatum nec in aliqua sui
parte suspectum Judex ipse decernat copiam reo petenti cum termino quinque
dierum ad opponendum et opposita probandum contra instrumentum quod contra
ipsum producetur et si infra dictum tempus non opposuerit vel opposita non
probaverit cogatur debitor realiter et personaliter secundum voluntatem creditoris
donec integre satisfecerit de quantitate petita et expensis sed si citatus non
comparuerit sed contumax fuerit, recognita eius contumacia assignetur sibi
terminus trium dierum quae assignatio termini notificetur saltem ad domum
solite habitationis ad comparendum et solvendum et satisfaciendum vel suas defen-
siones proponendum procedatur prout supra in primo casu statutum est. Si autem
non comparuerit in dicto termino absque alia pronuntia dictum instrumen-
tum exequatur realiter et personaliter ad voluntatem actoris. Quae omnia pro-
cedere volumus non solum si petat principalis descriptus in instrumento
sed etiam si eius heredes et successores universales vel particulares videlicet pro
rata hereditarias sive petat eius procurator vel habens cessionem a primo
creditore a iure, vel a presentibus statutis concessa, et sive agatur contra

principale promissor et obligatus, sive eius heredes universales vel particulares videlicet pro rata. Et si petens magis voluerit tenuta sibi dari contra ipsum debitorem tunc detur tenuta et super ea procedatur prout supra in precedenti capitulo ordinatum est circa subastationes et adiudicationes et dationes in tenuta non tamen assignetur tali obligato terminus viginti dierum ad solvendum sed trium tantum et liceat actori uendere in electione predicta et iudex teneatur non obstante acceptione tenute et rerum debitoris personaliter prout ipse actor voluerit. Et predicta locum habeant et si procedatur sententia interlocutoria vel diffinitiva vel preceptum iudicis de solvendo si in rem transiverint iudicata et in testamentis et in qualibet ultima voluntate dummodo apparent publica instrumenta volumus tamen quod reus ad nulla exceptione admittatur nisi ad exceptionem solutionis, falsitatis, simulationis, vel in ultimis voluntatibus.

De modo procedendi quando producuntur Apodisse scripte private cap. 5

Quia usus apocharum seu appodissarum, aut privatarum scripturarum ut vulgo dicitur, frequens est apud omnes cum notariorum copia semper haberi non possit. statuimus et ordinamus quod apoche predicte seu private scripture scripte manu debitoris habeant executionem paratam et in eis procedatur in omnibus et per omnia prout supra in proximo precedenti capitulo dummodo sint recognite a debitore vel heredibus eius: ad aliquam recognitionem faciendam dictus debitor vel eius heredes cogi possint et debeant simpliciter an dicte scripture, seu

Apoche

Apoche sine scripte manu illius qui in dictis scriptis nominatur scriptor. Et hoc locum habeat etiam in scripturis scriptis manu tertie persone subscriptis tamen a parte vel saltem a duobus testibus et in scripturis manu solius debitoris etiam si nulli testes se subscripserint et si talis respondere debens dolose veritatem negaret et probaretur per testes vel comparationem litterarum seu alium modum a iure ordinatum dictas scripturas fuisse factas de commissione et voluntate dicti debitoris vel manu ipsius talis negans puniatur poena falsi et nihilominus persolvere cogatur.

De exceptionibus cap: 6

Statuimus et ordinamus pro maiori amputatione litium et pro damnis subditorum evitandis quod nulla exceptio peremptoria dilatoria vel declinatoria vel alia cuiuscumque generis que apponetur coram quocumque Iudice in quacumque causa civili vel criminali vel mixta vel cuiuscumque generis non impediat vel retardet litis ingressum et dationem termini ad probandum et cognitionem principalis negotii: sed predicte exceptiones omnes ut apponentur de nostri auctoritate presentis statuti sint et esse intelligantur reservate in processu cause cognoscende probande et terminande una cum negotio principali post dationem termini ad probandum vel postea quo tempore fuerit de meritis cause cognitum nisi apponeretur contra personam intervenientem in iudicio nomine alieno videlicet qui negaret habere mandatum: quo casu talis agens nullo modo

admitteret, nisi mandatum produceret validum et sufficiens, secundum quod causa, in qua debet produci requirit. Volumus tamen prohibitione huiusmodi non obstante, quod coniunctus pro coniuncta persona admittatur secundum iuris dispositionem sine mandato. Si autem talis comparens nomine alieno produceret instrumentum mandati in publica forma, quod videatur in prima facie validum et sufficiens et dicatur ipsum scriptum manu alicuius Notarij in Terra Aquilasparte degentis vel fama volante praesumatur pro tali instrumento et procedatur in causa tamen tamquam legitima persona non obstante quod pars adversa diceret illum qui scripsit non esse Notarium vel non esse scriptum manu eius qui dicitur scripsisse vel non fuisse Iudicem, vel non fuisse privilegiatam seu inhabilem personam.

De modo respondendi positionibus cap: 7

Quia propositionum seu capitulorum usus parere videntur a multis oneribus statuimus et ordinamus, quod quotiescumque pars aliqua produceret positiones seu capitula in iudicio videlicet in causis mere civilibus vel mixtis civilibus et criminalibus et peterent et responderi per partem affirmative vel negative vel per verbum credit vel non credit debeat primus iurare ad delationem Iudicis in propria anima quod positiones, seu capitula non facit nec producit animo calumniae, sed pro mera veritate et quod credit efficaciter esse verum et vera et pertinentes seu pertinentia ad causam in qua producuntur et tunc pars adversa teneatur et compellatur per Iudicem sibi

respondere

respondere per verbum credit vel non credit non obstante quod allegaret
de impertinentia dummodo tales positiones non tangat crimen directo. Volu-
mus tamen quod responsiones que fierent positionibus seu capitulis duplicibus
vel impertinentibus seu negativis vel aliquo modo cavillatis auctoritate
presentis statuti habeantur pro non factis et eo nullo preiudicio respondenti
et nihilominus Iudex super tales positiones et quibus de iure non est
respondendum ex officio suo dicere et pronuntiare eis non esse responden-
dum et omnibus positionibus quibus erit respondendum debeant respondere
tanquam ostenderetur advocato vel alicui persone, veruntamen respondere
debenti in qua teneatur respondere statim positionibus sibi datis nisi
Iudici videatur super positionibus in quibus verisimiliter pars posset
dubitare dare terminum ad respondendum et responsiones debeant fieri ab-
sentibus advocato vel procuratore respondentis et qualibet alia persona
de qua esset suspicio ne verbo vel nutu respondentem instrueret ad ver-
tatem negandam. Statuimus etiam quod si lata dictis positionibus parti pars
respondere vellet vel differret vel si fierent hinc super literas requisitivas, quod
veniat ad respondendum positionibus et non venerit infra terminum in
dictis literis appositum tunc tales positiones habeantur pro confessatis
ipso facto et sine aliqua probatione que ad damnum et incommodum
partis respondere debentis. Statuimus etiam quod si pars respondere
debet vel eius procurator asserit ipsum non posse comparere recepto
iuramento ab ipso procuratore in sua anima quod non animo
dilatandi litis vel calumnie hoc alegat mittatur positiones Iudici
loci ubi talis reus degit communibus expensis, qui dictas responsiones
recipiat et sub sigillo remittat.

De instantia causae principalis cap. 8

Cum nobis non cessat animus lites abbreviandi ut commodius parcendo semper studeamus. Statuimus igitur et ordinamus quod quaecumque causae tam civiles quam criminales vel mixtae et cuiuscumque generis quae coram Iudice seu Gubernatore Aquaesparte ventilentur inter actorem et reum debeant terminari et finiri per sententiam definitivam vel habentem vim definitivae infra 40 dies alias elapsis dictis 40 diebus utilibus instantia dictae causae sit omnino perempta et actor condemnetur ex quo tam negligenter prosecutus est suam causam in expensis adversae partis: Nisi inter partes fieret compromissum vel aliquod accidens impedimentum emergeret: quo casu continuetur de instantia supplicatur et continuatur quando durat impedimentum seu compromissum. Et si defectu Iudicis causa ipsa non expediretur infra dicta tempora teneatur ipse Iudex parti lesae ad damna et interesse. Dummodo actor ita celeriter incederit, quod infra 30 dies iuridicos omnia iura sua realiter exibeat ipsi Iudici et causam instructam saltem pro parte sua reddat et Iudex infra 10 dies iuridicos teneatur sententiam ferre ut supra.

De procuratoribus constituendis a Tutore vel Curatore cap. 9

10

Ut minori stipendio lites pupillorum et adultorum pertractentur et citius finem accipiant, statuimus et ordinamus, quod tutores et curatores et administratores legitimi auctoritate pretoris dicti possint procuratorem unum vel plures constituere nomine pupillorum vel adulti vel alterius cuius curam vel tutelam administrabantur sicut verus dominus facere posset cum potestate constituendi omnibus et singulis causis tam civilibus quam criminalibus quam mixtis, que agitantur coram Judice Aquapendentis. Non negamus tamen pupillis adultis vel aliis, quorum nomine procurator fuerit constitutus remedio restitutionis in integrum, et alia a iure eis concessa.

De forma servanda in alienationibus Minorum et Mulierum cap. X

Satis constat minores et mulieres sepissime circumveniri multasque fraudes contra eos ordinari. Ideirco statuimus et ordinamus quod Minores 30 annis pupilli furiosi prodigi et mente capti, et Mulieres non possint aliquid vendere, donare

7v

permutare cedere vel aliquo titulo aliqua bona iura, vel actiones cuiuscunque generis in alios et inter vivos vel donatione causa mortis transferre vel alio modo concedere possint et auctoritate vel curatoris vel alterius legitimi administratoris et sine consensu duorum proximorum consanguineorum vel affinium si consanguinei exstarent vel unius consanguinei et unius affinis vel duplici si essent et haberi poterint et presentia et auctoritate iudicis. Mulieres seu Minores 25 annis sine consensu supradictorum consanguineorum, vel affinium ut supra personaliter nullo modo alienare, vendere, donare cedere vel concedere eorum iura et actiones possint non servata forma circa dicta in omnibus et per omnia quacunque de auctoritate fuerint vel curatoris vel legitimi administratoris, nisi tales essent quibus legitimus administrator dari deberet et si secus fieret talis contractus donatio alienatio venditio cessio refutatio et dissolutio presumantur et esse intelligantur auctoritate presentis statuti [illegible] fraude pleni et ita esse nos declaramus, et non valeat ipso iure in preiudicium dictorum Minorum pupillorum et mulierum, non obstante aliquo iuramento confirmatorio vel derogatorio, seu cuiuscunque generis Iuramenti interpositione. Illi homines pars tamen, qui aliter contraherent cum dictis personis vel distraherent, et Notarius, qui de predictis rogatus fuerint non servata predicta forma condenentur de facto in pena 20 scutorum ab eis de facto auferendorum, et camere nostre applicandorum, et ad restitutionem omnis commodi quod consequi fuerint. Statuimus etiam quod quotiescunque opus fuerit, vel valde utile talibus personis contrahere, vel distrahere possint iudices cogere supradictos proximiores ad consentiendum vel ad dicendum legitima causa contradicendi. Declaramus de super quod mulieres omnes possint libere testari de bonis suis hic et ubique locorum sine consensu, et presentia propinquorum secundum dispositionem iuris communis.

De Successionibus

De successionibus ab intestato cap: ii

Dignitas certè familiarum et agnationis per masculos conservantur, quę
postea sordescit propter paupertatem et imago maiorum omninò depent.
Videmus enim, quod natura omnium parens masculos dilexit et in multis
feminis praetulit et quia a nobis dignis et senioribus populi [illegible]
accepimus in modo succedendi a tanto tempore quod non extat memoria in
contrarium, inspicientes succedendi modum et ordinem semper servatum in [illegible]
patria circa successiones ab intestato. Statuimus et ordinamus quod
filię feminę, et descendentes ex eis in infinitum et neptes ex filio masculo
natę, et descendentes ex eis non succedant nec succedere valeant
in bonis et hereditate patris avi, proavi vel aliorum ascendentium per
lineam paternam in infinitum ab intestato vel contra tabulas testamenti
donec masculi superstiti vel eorum descendentes a linea masculi in infinitum
per lineam paternam descendentes supervixerint. Dummodo tales feminę dotatę
sint de bonis dictorum ascendentium vel dotentur congrua a [illegible] vo:
lente debito tempore et intelligantur congruè dotatę si fuerint dotatę
secundum consuetudinem domus et familię, dummodo talis dos non sit
minor legitima et si tales masculi omnes decesserint absque filiis masculis
legitimis et naturalibus, tunc et eo casu feminę admittantur praesentis sta:
tuti ad portionem a qua ipsę feminę fuerant exclusę in meliori con-
ditione, sive neptis vel pronepotes, vel aliquando etiam extranea
persona, quam ipsę filię, quę propter masculos fuerant exclusę
si vero non tractetur de hereditate ascendentium, sed solummodo

transversalium aut si decederet aliquis intestatus vel intestabilis superste-
stitibus fratribus carnalibus videlicet natis ex eodem patre vel conso-
brinis ex aliis masculis natis ex paterna linea vel eorum filiis masculis
in infinitum et superstite sorore una vel pluribus tunc et eo casu
masculi praedicti succedant ordine successivo secundum gradus prae-
rogativa et sororem unam vel plures omnino excludant, do-
nec talis masculi superfuerint, quibus deficientibus servetur
prout supra de filiabus ordinatum est. Statuimus etiam quod si
quis decederet absque testamento superstite matre vel aliquo
attinente mediante matre etiam si superesset soror defuncti vel
eius descendentes et superstite aliquo masculo ex latere paterno
sic decedentis, Mater et attinens praedictus non admittantur ad eius
successionem neque soror neque descendentes ex ea sed masculi
praedicti habeant ius succedendi praeterquam quoad legitimam, quia
non intendimus matrem privare. Declarantes quod omnes vocati a
praesenti statuto ad successionem et exclusionem feminarum intelligantur
vocati si sunt legitimi et non sunt habito odio a defuncto cui succedere
volunt tempore sue mortis et stante dicto odio intelligantur vocati alii
odio non habito ab ipso testatore cum pari gradu vel remotiori existen-
tes et nullo existente qui non sit odio habitus a testatore servetur ius
commune. Quod modum succedendi adiicientes, quod deficientibus masculis
matrem excludentibus ut supra mater vel attinentes ex mediante defuncto
de cuius hereditate agitur remittantur ad eius portionem et habeantur
ac si nunquam fuissent exclusi quia intendimus coarctari donec
quocumque masculi supersint. Et praedictum statutum locum habeat
in praeteritis

in præteritis præsentibus et futuris in quibus non esset ius quæsitum parti
sententia lamentatione vel praxatione aliqua, aut per litem contestatione
vel per actualem possessionem in quorum molestari non possit petitorio aut
possessorio aliquo. Declaramus etiam quod mulieres legitime dotandæ
debeant ab eorum extremis exceptis heredibus masculinis donec non fuerint mari-
tatæ, vel ingressæ fuerint aliquod monasterium et donec non fuerint
dotes vel legitima integraliter soluta et si vidue remanserint vel mona-
chis devenerint possint reverti in domum paternam et habere victum
et vestitum portando in dicta domo operas suas, et dotem si habere
poterunt

De ferijs cap. 12

Statuimus quod in causis quibuscumque civilibus vel mixtis ordina-
riis vel extraordinarijs et quocumque nomine nuncupantur nec ius recl-
amatur in infrascriptis diebus vid. in festo Natali Dni nri Jesu Xpi
cum 4 diebus præcedentibus et omnibus diebus sequentibus usque ad diem post
Epifaniam die Cineris cum duobus præcedentibus in die Paschatis resurrectio-
nis una cum septem præcedentibus et aliis septem sequentibus in omni-
bus diebus Veneris in mense Marij in die Pentecostes cum duobus
sequentibus diebus in die festivitatis Corporis Xpi, die Ascensionis
D. Nri Jesu Xpi diebus festivitatibus B. M. Virginis in nativitate
Conceptionis purificationis presentationis assumptionis diebus om-
nium Apostolorum, et 4 Evangelistarum 4 doctorum Ecclesiæ, die
festo S. Francisci, diebus S. Ceciliæ S. Rocci et Sebastiani defensorum

et intercessione Aquaspartæ, Die Calendarum Maii in festo S. Michaelis Archangeli S. Joannis Baptiste nativitatis et decollationis S. Crucis de mense maii S. Mariæ Magdalenæ S. Laurentij, S. Dominici S. Claræ in festo omnium Sanctorum S. Severinæ, S. Luciæ, quibus diebus volumus ius dicere prohibemus quod Malefitij et danni datis in quibus volumus omnes dies esse iuridicos, et in aliis diebus in quibus propter aliquod bonum nuncium Populus esset in letitia. De quo tempore messis incumbent meribus et a festo S. Joannis mense Junij usque ad festum S. Mariæ de mense Augusti

De suspectis et fugitivis cap. 13

Si quis haberet debitorem in aliqua quantitate vel re mobili et haberet eum suspectum de fuga iudex teneatur dictum debitorem capere et detinere quotiescumque creditor iuraverit eum esse ut esse creditorem et dictum debitorem nihil possidere et fondationem suam deteriorare post contractum debitum et facta tali captura mercatorie presentis alioquin Creditor etiam a non petatur, teneatur infra 4 dies docere et clare de suo Creditu et quod dictus eius debitor post contractum debitum effectus sit non solvendo, et quod facile possit effugere et elapso dicto termino a actore omnia predicta non probante talis debitor debeat relaxari absque mercede aliqua si autem creditor predicta probaverit detineatur usque ad satisfactionem debiti et expensarum. Nihilominus Creditor teneatur dictum capitum alere si non sit unde alatur et qui suspectum et fugitivum cepisse facit praeferatur aliis Creditoribus anterioribus quibuscumque

quibuscumque. Quia vigilantibus et non dormientibus iura subveniunt. Nos tamen negamus capto vel beneficio [illegible] velit

Quod vir lucretur tertiam partem dotis uxoris cap. 14

Statuimus quod vir lucretur tertiam partem dotis date vel promisse decedente eius uxore post matrimonium contractum per verba de presenti sine filiis ex quocumque matrimonio legitimis et naturalibus in recompensatione expensarum que solent fieri a viris circa personas [illegible] persone vel uxoris dummodo [illegible] vir [illegible] eius uxore [illegible] et circa eam bene se gesserit in infirmitatibus et sanitate

De testibus cap. 15

Quia testium qui ad necessarius nemo est qui nesciat, idcirco ut in aliquibus ius commune omnibus pateat, statuimus quod quotiescumque quis timeret litem futuram et testes haberet de suis iuribus informatos possit eos [illegible] iudicialiter et nulla iuris solemnitate servata compellere coram iudice coram quo causa esset peragenda et [illegible] quod dicti testes examinentur ad perpetuam rei memoriam [illegible] suis iuribus et defensionibus citata tamen parte secundum formam [illegible] ad dictam petitionem [illegible] testium [illegible] et ea parte audita [illegible] exceptionibus [illegible] et dictis testibus examinatis [illegible] et [illegible]

105

interrogatorijs partis adversae si ea producere voluerit. Iudex
teneatur processum publicare et demum pronunciare testibus fore et
esse adhibendam fidem ad perpetuam rei memoriam si testes intentionem
producentis probaverint concludentes secundum formam iuris. hoc
idem servetur ex parte actoris qui se impediri fore dicit [illegible]
se habere testes vel valetudinarios vel de proximo
recessuros possit dictos testes inducere et iudex teneatur citata
parte eos examinare, et si alicui partium visum fuerit eorum
dicta publicare possit [illegible] in [illegible] expediendum et eorum
dictis, quatenus de iure concludantur credatur et fides adhi-
beatur omni tempore: et si quis tales testes examinari conti-
gerit et tempus non [illegible], quod possit [illegible] secundum
formam [illegible] dicti testes examinari ab-
sente [illegible] dummodo infra decem dies
post dictam [illegible] et [illegible] dummodo infra decem dies
a die examinationis fuerit parti adversae talis examinatio noti-
ficata personaliter vel ad domum solitae habitationis. Statuimus
insuper quod si mulier maior 12 annorum et masculus maior
14 admittantur in quacunque causa civili vel criminali
vel mixta cuiuscumque summae, et importantiae, nec [illegible]
in testamentis quibus mulieres dummodo alij sint testes idonei
et [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ex [illegible]. [illegible] consanguinei [illegible]
[illegible] inter coniunctos. Statuimus quod pater, avus, proavus, [illegible]
avia, proavia et alii ascendentes nullo modo cogantur testi-
monium reddere contra filios, vel filias, nepotes vel neptes
et alios eorum

et alios eorum descendentes. Hec est eorum tales eorum descendentes vel-
gantur verificari contra dictos eorum ascendentes in quacumque
causa et intelligantur contra. Apreint eis factum principaliter quo
approbat de testificando vel prevenire fiat. Hec maritus contra
uxorem nec uxor contra virum non gener vel nurus contra socerum
vel socerum nec est contra quo vero ad alios relinquimus iuris
dispositioni

De compromissis cap. 16

Item lites dirimendas et odia inter coniunctos removenda statuimus quod con-
sanguinei et affines usque in tertium gradum secundum ius canonicum compu-
tandum nec non mercatores super rebus mercantilibus et societatis si
de societate contingerit litigari et domini et coloni circa laborantium
cogantur ad petitionem cuius partis compromittere omnes eorum lites ques-
tiones et differentias que per inspectionem alicuius publici instrumenti
sunt liquide non abolite nec cancellate nec aliqua sui parte suspecti
vel mendosi vel alicuius apoche manu unius ex dictis partibus con-
scripte vel manu tertie persone et a duobus testibus subscripte decidi
non possint in duos eorum consanguineos affines vel amicos communes
qui teneantur et cogi debeant dictum onus recipere, nisi aliqua
iusta evidens et rationabilis causa arbitrio iudicis inter duos
dies declaranda aliquem excusaret qui arbitri et arbitratores
et amicabiles compositores sint et esse debeant et nuncupentur
et habeant auctoritatem plenariam dictas questiones et differentias
dictas differentias cognoscendi, terminandi et decidendi ac

115

essent iudices ordinarij procedendo extraiudicialiter sine strepitu et figura
iudicij et sola facti veritate inspecta. Et teneantur dicti Arbitri eadem die
qua de dicto compromisso in eis facto noticiam habuerint assignare ter-
minum partibus quinque dierum ad probandum producendum allegandum
et monstrandum omnia eorum iura nisi quando opus esset extra Terram
Aquaspartae accedere pro aliquibus scripturis publicis vel ad
aliquos testes examinandos vel ad aliquem alium actum faciendum, quo
ad casum faceret quo casu maior dilatio detur quae ipsis vi
deretur necessaria et elapso termino predicto teneantur ostendere
cuilibet partibus petitiones probationes et productiones cum termino
trium dierum ad apponendum et opposita probandum. Deinde
teneantur pro civili parte ad sententiam deducere, quo non
secuto infra decem dies mittantur si opus fuerit dictas scripturas
utriusque partis ad aliquem consultorem partibus non suspectum.
Et si contigerit, quod ambe partes concordent in aliquo, ad
illud eatur pro consilio habendo semper expensis partium
Sin autem ad alium in quo partes non confidunt nec diffidunt
et secundum consilium dicti consultoris sententia ferant ita et
taliter, quod saltem infra 20 dies sententiae causa expediant
si vero constaret dictis arbitris vel arbitratoribus de iure sine
possint sententiam ferre absque alio consultore. Et si par-
tes in compromisso apposuerint, quod tales arbitri et
arbitratores possint procedere et sententiare de iure et de
facto tali casu possint dicti arbitri et arbitratores laudare
de finibus unius partibus pro bono pacis et quo scandalis
fore imminentibus evitandis, alteri dare in magna vel

parva quantitate

parua quantitate, prout eis omnino uidebitur et placebit.
Nec possint a tali laude sententia uel arbitramento, seu
declaratione appellari, reclamare, de nullitate dicere, uel
uel ad arbitrium boni uiri recurrere, uel aliquod auxilium
implorare etiam pretextu enormissimę lesionis. Et ut faci-
lius et sine expensis ad Compromissum deueniatur. Statuimus
quod facta petitione et Compromisso teneantur iudex infra
tres dies pronuntiare et declarare Compromissum sit faciendum
nec ne, et si pronuntiauerit compromissum esse faciendum, cogan-
tur partes per detentionem personalem uel molestia imposita, et
omni remedio opportuno ad dictum Compromissum omni appella-
tione et recursu seu auxilio reiecto. Volumus etiam quod si
contigerit, quod una pars appellari ualet uel ad arbitrium
boni uiri recurrere in casu quo appellare uel recurrere
non prohibetur debeat infra duos dies appellationi etiam
uiua uoce interponere que habeatur pro remedio uel re-
cursu a die late sententie uel arbitramenti uel laudum uel a
die notitie habite computande, quod pars aduersa nouos
arbitros et arbitratores eligat et iudex predictus teneatur et
debeat infra alios duos dies cogere dictas partes ad iterum
Compromittendum et si pars per Contumaciam absens erit
iudex teneatur eligere unum pro parte Contumacis Contumaci
non inimicum et tales arbitri procedendo ut supra infra
15 dies causam ipsam expedire teneantur. Et si primum laudum
uel Arbitramentum uel sententiam fuerit Confirmata per ipsos
secundos arbitratores nullus amplius audiatur ad appellandum
uel recurrendum sed omnino prima sententia rata maneat.
Si uero in aliquo uel toto discordauerint tunc iterum super
illo fiat Compromissum ordine suprascripto, et tertij arbitri

et arbitratores debeant infra decem dies illud, super quo secundi
a primis discordarent terminare, et declarare et huic declarationi et
terminationi omnino stetur, nec liceat alterius vel appellare vel
reclamare vel renovare vel recurrere. Et omnes praefati ut supra
electi teneantur semper pro dicta quibus expediendum sub poena
in fine pro quolibet per quod steterit, vel expeditio retardaverit.
Voluerunt etiam, quod si contingeret, quod post necessitatem
compromissi, aliquis ex dictis arbitris vel arbitratoribus impediretur
aliqua iusta et rationabili causa per iudicem declaranda, eo
casu pars cuius ille impeditus aliquem ad alium solum vel arbitratorem
eligendum loco illius impediti. In compromissum vero observantijs
iudex ad petitionem partis se intromittat cogendo arbitros ad [illegible]
partibus compromissum dicendum ad procedendum vel [illegible] eos vero
et procedendi extraiudicialiter, et sine strepitu iudicij ipsis causam
expediant [illegible] a partibus eis
attributis. Possint insuper omnes arbitri et arbitratores superdicti pro
ipsorum partibus et terminus sub poena, quae eis videbitur, et iudex
tales personas eligat et faciat [illegible] de facto, et in omnibus
necessarijs eis assistat.

De pensione

De pensione domorum solvenda cap. 17

Statuimus quod conducentes domus Apothecas cellaria vel quid simile si non fuerit expressum quo tempore pensiones solvi debeant teneantur solvere medietatem pensionis statim elapso medio tempore conductionis et aliam medietatem in fine conductionis, et censeatur facta tacita reconductio duratura tam eiusdem temporis quo duravit prima conductio nisi infra decem dies ante finem conductionis vel locationis una pars alteri declaraverit nolle persistere in locatione vel conductione &

De aedificatione communi parietis cap. XVIII

Statuimus, quod si contingeret quod paries communis indigeret refectione vel renovatione teneantur convicini ad petitionem huiusmodi convicini contribuere in expensis faciendis in dicta refectione pro rata parietis et casae quo revenient possit convicinus dictum parietem reficere, vel de novo facere cum invito alio et nihilominus Iudex teneatur cogere dictum vicinum recusantem ad reficiendum omnes expensas factas in dicto pariete, videlicet pro rata infra terminum per ipsum Iudicem declarandum consideratà qualitate et divitijs dicti vicini. Volumus insuper quod nemini liceat facere aliquid in pariete communi per quod inferatur damnum vicino eundo si partes propinquas ut forte facere fenestras per quas inspiciatur in horto, vel vicolo, vel in domo vicini et si necessarium esset

facere fenestras causa luminis habendi liceat facere fenestras ferratas
ita tamen quod per eas non possit aliquid inspicere contra vicinos. Pro
hibemus etiam quod non liceat habitanti in solario superiori proiicere aquam
vel aliquid simile, quod possit descendere in solario inferiori possesso
ab alio et habitans in solario inferiori non possit facere fumum
vel malum odorem vel magnum rumorem per quod habitans in solario superiori
offendatur sub pena arbitrio iudicis statuenda. habens vero proiecte
proprium debeat illud tenere ita et taliter, quod vicino non possit inferre dam
num, vel incommodum propter ventos, vel pluvias, vel aliqua causa.

Quod vendens debeat requirere proximiores vicinos cap. XVIIII

Ordinamus ad tollenda iurgia, rixas, et contentiones, quae nascuntur
inter convicinos de emendo, quod volens vendere aliquam rem stabilem
teneatur requirere vicinum proximiorem, an velit emere pro iusto pretio
et si non fuerint concordes de pretio debeant stare extimationi extimatorum
communitatis si partes habent eos confidatos sin autem extimationi duorum
bonorum virorum per ipsas partes eligendorum et intelligatur proximior
vicinus qui habet bona herentia rei vendende a pluribus lateribus
quam alius et si essent pares, quo ad confinia intelligatur ille, qui
maiorem fundum possidet, vel sibi commodantiorem et si essent omnino
pares sorte dirimatur et si secus aliqua venditio fieret possit retrai
tum, et Iudex teneatur dictam rem adiudicare secundum dictam rationem praedictam

determino

De terminis in confessum cap. XX.

Statuimus et ordinamus quod debitor sponte confessus in iudicio ante aliquam probationem factam ab actore habeat terminum 12 dierum ad solvendum et plus arbitrio iudicis considerata facultate debitoris et creditoris et aliis circumstantiis quo termino elapso fiat contra ipsum executio secundum dispositionem precedentium habitorum

De iureiurando deferendo a parte parti cap. 21

Ut lites citius terminentur volumus quod quandocunque inter aliquos esset differentia de aliqua re vel summa qualibet magna, de qua ambe partes erant planissime informate, puta si coram eis erant facte, vel geste, vel dicte, et una partium vellet per remedium iureiurandi litem diminuere teneatur facere partitum suo adversario, quo adversario in scriptis coram iudice et dare ei electionem quod vel iuret vel non esse ut ponitur, vel referre iuramentum et si dictus adversarius voluerit deliberare detur sibi terminus unius diei vel duorum ad deliberandum et si iurare recusaverit vel distulerit absque legitima causa iudex teneatur deferre iuramentum alteri parti et secundum eius iuramentum iudicare, et si per duos testes fide dignos probaretur aliquem partium periurasse puniatur de facto 25 solidorum et nunquam possit esse testis in iudicio, nec extra nec in contractibus, neque in ultimis testamentis, voluntatibus

sed perpetuo sit infamis ipso iure et omnis declaratio seu sententia vigore talis reprobati iuramenti sit ipso iure nulla.

De prescriptione Salarij Mercennarior. cap. 22

Quia saepe compertum est experientia, quod Dni absque testibus solvunt salaria eorum famulis, deinde tractu temporis, discordia, dicentes salaria reperint et sic iterum idem exigitur. Huic malo mederi cupientes. Statuimus, quod elapso anno post tempus locationis et conductionis famulus non possit petere suum salarium ab illo, cui inservivit, et ille qui famulum conduxit asseruerit se solvisse et id proprio iuramento comprobaverit, iuramento ad delationem iudicis et satisfecisse et idem volumus teneri in laudibus illius, qui famulum conduxit. Mercenarij autem, qui in dies operas suas diversis locant, infra sex menses eorum mercedes petere teneantur. Elapsis vero sex mensibus a die operarum praestitarum iurante dicto conductore ut supra minime ad tales mercedes petendas admittatur, sed tam dictis famulis, quam Mercenarijs talibus casibus omnis audientia denegatur.

De indemnitate damnificatorum cap. 23

Ad dilationem eorum, qui iura multipliciter ponunt circa illos, qui damna patiuntur occasione teri et ad remedium danda, ne mala huiusmodi veniant. Statuimus quicumque incola et habitator Ayreaspane, et tamquam Aginasponenes teneantur et debeat, quoiescumque ab aliquo fuerit diffamatus, tamquam eius debitor ita et taliter

ita et taliter se gerere quod dicte diffamationi iniuste debite
vel indebite alicui reipublice seu Aggregatione vel aliter
alicuius Aggregationis in alio loco damnum vel representatio
in persona vel re aliquo patiatur aliter dictus ... debitor
teneatur damnum passo ad omnes expensas damna et interesse
secundum declarationem mediante iuramento faciendam per dictum
damnum passum. Et idem volumus observari si non pre-
cedente aliqua diffamatione vel assertione quis aliquod dam-
num pateretur occasione vel intuitu alterius et tunc si forensis
fuerit ille cuius occasione vel intuitu damnum illatum
esset et tali casu dictus forensis posuit in pena [illegible]
paena carceris detentionis et ergo ad damni refectionem [illegible]
declarando

De Mercede Dni Gubernatoris seu Regentis seu Iudicis cap. 24

Dignus est Mercennarius mercede sua. Ideirco statuimus quod Dnus
Gubernator seu Rector una cum eius Notario pro eorum mer-
cede recipere possit pro qualibet petitione coram eis facta
seu per quemlibet reum bol. unum ab actore seu reo com-
parente. Pro responsione vero incontinenti facta per
adversarium nihil solvatur pro qualibet productione
cuiuscumque scripture bol. unum pro inductione testium

bol. unum pro quolibet teste pro examine bol. duos pro quolibet teste;
Pro qualibet pronuntia diffinitiva vel habente vim diffinitive bol.
quatuor pro actu prolationis sententie bol. unum pro sportulis vero
in causis commissarijs et in causis forensium et si inter rerum
litigatores aut forenses bol. unum pro quolibet floreno petito que spor-
tule solvantur ab ambabus partibus. si vero petentur res stabiles
vel mobiles sive semoventes bol. unum pro quolibet floreno habita
extimationis rei petite consideratione, et si pars aliqua nollet
solvere sua medietate pars petens sententiam fieri teneatur totam
summam solvere, et iudex teneatur parti recusanti cogere ad re-
ficiendas solventi medietatem de facto per detentionem personale, pro
qualibet executione bol. unum pro quolibet floreno ut supra.
Et si contigerit quod quis de voluntate partium iret ad videndum
aliquam differentiam si locum differentie sit in terra Aquaspartae
habeat bol. sex: si extra eam terram bol. sexdecim et si oppor-
teret accedere ad montes habeat iulios tres. pro interpositione
cuiuslibet decreti bol. sex pro quolibet iuramento quod defertur
a parte parti bol. duos pro copiis vero actorum et scripturarum
bol. duos pro qualibet carta qua carta contineat in se
55 lineas et quelibet linea habeat 25 sillabas, pro qua-
libet registratione quam omnino facere teneatur quicunque
scriptor bol. duos pro qualibet carta. Volumus etiam quod
non habeat licere iudici retinere aliquod instrumentum
publicum vel aliquam scripturam publicam, que fierent in iudicio

coram eo

coram eo producta tamquam originali nisi facta supradicta registratione
in actis, aut auferatur materia fabricandi falsitate et ut pars contra-
ria possit omni tempore copiam habere, et illa dicimus facti de sen-
tentiis, et apochis privatis et libris rationum et aliis similibus. Item bol.
duos pro quolibet non veniente ad consilium ante lectas propositas, pro
captura personali in causis civilibus carolenum unum, pro quolibet sigillo
bol. duos pro quolibet die, quo fuerit detentus in carceribus forensibus
bol. 4 pro cassatione processus mere continentis poenam pecuniariam
mediam bol. pro quolibet floreno, quem devenire fecit in camera, et si
condemnatus fuerit habuerit gratiam liberam carl. unum in totum. Item
teneatur ipse iudex ponere cum effectu ita et taliter quod statim
factis pignoribus in causis civilibus vel mixtis dicta pignora con-
signentur cammerario communitatis nec patiatur quod per momentum
stent penes baiulum vel officiales exceptis pignoribus pro interesse
camere, vel communitatis quibus casibus teneatur statim ipsa poni
sub rubrica de pignoribus in tacca cum de electione cameroy
estimatorum communitatis antianorum et cancellarii et eorum officio et quae
dicta sunt supra in causis civilibus eodem teneantur in crimi-
nalibus quoad mercedes supradeputatas.

16v

De mercede Notariorum et eorum officiis cap. 25

Statuimus quod Notarij Aquaspartę teneantur et debeant quoties fuerint requisiti seu rogati de productionibus appellationum quarumcumque de protestationibus et interpellationibus extraiudicialibus et de quolibet actu de quo fuerint requisiti ab aliquo habitatore Aquaspartę exceptis his quę tenderent in preiudicium Dominorum nostrorum Illustrissimorum et his rebus de quibus rogati fuerint conficere publica instrumenta in forma valida sub pena unius scuti auri pro qualibet vice qua recusauerint seu publica instrumenta de predictis non fecerint nisi aliqua iusta causa se excusauerint. Volumus insuper, quod predicti Notarij faciant et habeant librum siue protocollum magnum cartarum in quo non ponant aliquas cartas addi vel minui, quin cognoscatur et in dicto libro teneantur ponere infra octo dies a die quo de instrumentis actibus fuerint rogati extense et non per cifras, vel ut cum vulgo dicitur a la per partita, cum omnibus et singulis clausolis necessarijs et solitis, et quę veniunt ex natura contractus ita, et taliter quod intentio partium perfecte appareant, et intelligantur sub pena unius scuti pro quolibet instrumento

pro quolibet instrumento non sic exemplato et extenso infra dictum
tempus. Volumus etiam, quod si aliqua partium culpa, vel dolo, seu
negligentia dicti Notarij aliquod damnum pateretur, dictus Notarius
teneatur parti lese ad omnia damna expensas et interesse, de
que omnia agatur, constito de predictis infra 20 dies per iudicem
Aquaspartę, et quia omnis labor optat premium. Statuimus quod
quilibet Notarius recipere possit pro eius mercede pro quolibet rogitu
carl. unum pro qualibet parte rogante, pro cassatura carl. 4
pro quolibet instrumento cassato a parte in cuius favorem cassatur
instrumentum, pro rogitu vero testamenti vel codicilli bol: 6, et si
contigerit ire extra terram Aquaspartę, possit petere duplum
quod supra dispositum est. dummodo non sit necesse ire extra territorium
quo casu possit recipere unum scutum. Pro extractione cuius-
libet instrumenti si fuerit a summa vel de re valoris usque ad
X scutata habeat pro mercede bol. 12, et a decem usque
ad 20 scutata florenum unum et a 20 usque ad 40 scutata
carl. X et a 40 usque ad centum scutata scutum unum, a centum
usque quamcumque summam scutata duo. Et si contigerit quod
dicti Notarij ad petitionem alicuius extenderent dudum instrumenta
aliqua apud eum originale habeat medietatem dicte mercedis
descriptę in quolibet casu et idem si coram arbitris vel arbitratoribus
extenderint. Teneantur tamen dicti Notarij legere vel vulgari-

sermone declarare dicta instrumenta cuilibet habenti interesse bol. 2 pro prima vice et inde bol. 4 bol. 4 pro qualibet vice. pro instrumento vero mandati cuiuscumque tenoris carl. 2. Item si contigerit, quod extrahatur particula alicuius instrumenti vel testamenti vel codicillorum teneatur ea quae supradicta sunt secundum qualitatem quantitatem vel valorem in forma in dicta scriptura. Addimus insuper, quod quilibet Notarius nunc exercens infra tres menses et Notarius futurus infra tres menses a die exercitationis debeat habere tomum praesentis statutorum volumen extrahi. ... suis sumptibus fideliter, et ad verbum, et penes se habere sub poena unius scutari.

De mercede Procuratoris et advocati cap. 26

Statuimus, quod advocati quorum officium nobile est teneantur, et debeant eorum officium exercere fideliter et cum maxima diligentia ne procuratorum eorum negligentia vel incuria clientuli damna patiantur. Saepe enim contingit est aliquem causam perdidisse quia minus diligenter advocati causis intenderunt et iura clientulorum celaverunt et sic illis damnum intulerunt et sibi ipsi dedecus et capitium animae pepererunt: tenentur enim clientuli ad interesse prout hoc praesenti statuto volumus et declaramus et non cum magnum onus sine condigna mercede suscipiant. Statuimus quod advocati recipiant et petere possint pro eorum mercede

carlenorum

carlinum unum pro quolibet sextario iuxta extimationem litis et contentorum in libello seu petitione cuius medietas peti possit tempore publicationis processus et alia medietas lata sententia diffinitiva super causa principali. Volumus etiam quod in causis executivis recipiant et petere possint medietatem supradicte Mercedis et si prestiterint patrocinium in causa principali teneantur etiam prestare in causa appellationis recipiendo solummodo medietatem eius quod datum est in causa principali et si contigeret disputari super aliqua interlocutoria ante diffinitivam, que non diffinit totam causam, sed articulum tantum petere possit pro dicto patrocinio quartam partem supradicte summe, finita vero causa principali serventur ut supra procuratores vero habeant et habere debeant pro eorum mercede medietatem eius, quod debetur advocato in singulis causis supradictis.

De mercede Baiuli cap. 27

Baiulus Aquasparte habeat et recipere possit pro qualibet citatione quam faceret in terra Aquasparte quatrinum unum extra bol. medium pro quolibet miliare et pro preceptis bol. unum pro quolibet precepto. Item quatrinum unum pro quolibet bandimento. Item bol. duos pro qualibet immissione in tenutam seu pro qualibet executione a forensibus vero recipiant duplum quantitatis predicte in omnibus causis predictis.

18 v

De appellationibus cap. 28

Quicumque grauato liceat a quocumque grauamine appellare apud Ill.mos D.nos Regulatores, uel a diffinitiua sententia tam in ciuili quam criminali uel mixta uel interlocutoria que uim diffinitiue habeat infra decem dies incipiendos ab hora qua sententia seu pronuntia lata fuerit uel ab hora qua appellare volens scientiam habuit de huiusmodi sententijs. Quibus decem diebus elapsis, et appellatione non facta, prima sententia seu pronuntia remaneat firma, et executioni mandetur perinde ac si fuerit a partibus approbata. Et idem dicimus in sententijs uel laudis uel arbitramentis et quibuscumque grauaminibus etiam extraordinarijs ab interlocutorijs uero quibuscumque appellatio debeat interponi eadem die uel sequenti qua dicta pronuntia lata fuerit uel qua de ea notitiam habuerit. Declarantes quod appellans a diffinitiua sententia uel habente uim diffinitiue debeat ita et taliter se gerere, quod infra 7 dies causa appellationis committatur deinde infra 5 dies pars citetur coram Iudice appellationis, et infra 25 dies causa ipsa expediatur, quibus elapsis si causa ipsa non fuerit expedita diffinitiue, intelligatur ipsa appellatio deserta, et deserta nisi impedimentum interueniat, quo casu consideratio dicto impedimento tantum temporis

tantumdem temporis restituatur appellanti quantum abstulit impedimentum
et hoc ne lites protrahantur in longum et fiant immortales. Appellans
vero ab interlocutoria mera ita et taliter se gerat quod infra 12 dies
causa expediatur ne possit talis appellatio iustificari nisi solum secun-
dum tantum ex eisdem actis ex quibus motus fuit Iudex principalis
dicta pronunciandum et nullae aliae probationes cuiuscumque generis
produci vel admitti possint. Et praedicta de modo procedendi proce-
dantur tam in primis quam in secundis appellationibus et reclama-
tionibus seu petitionibus recursus ad arbitrium boni viri et quibus-
cumque aliis casibus et dictionibus de nullitate. Volumus etiam
quod omnes supradictae appellationes et reclamationes possint fieri
etiam viva voce et absque petitione aliqua apostolorum et
expressione alicuius gravaminis sed quomodocumque factae va-
leant coram Iudice a quo fiat et in actis describantur et facta dicta
appellatione praefatus Iudex quod non possit nec debeat aliquid
innovare nisi deserta causa demum causa talis appellationis
reclamationis vel recursus. Volumus insuper quod appellans a quo-
cumque actu debeat intentare iniquitatem et iniustitiam primae sententiae
vel pronuntiae vel laudi vel arbitramenti vel cuiuscumque alterius actus
et nullitatem in casu in quo per statuta Aquaspartae non est
dictio nullitatis prohibita et omne aliud remedium sibi competens
contra dictas sententias vel pronuntias laudes vel arbitramenta

vel aliquos actus et lata sententia super iustitia vel iniustitia
iurisdictionis vel defensione causa per causam fatalium non possint talis
appellans aliquo remedio agere vel excipere vel se aliquo modo
tueri

Quod Doctores et Notarij non possint fideiubere pro aliquo cap. 29

Ne principales cavillationibus vel potentia doctorum vel Notariorum
litigiis afficiantur vel eorum rebus fraudentur. Statuimus quod
nullus Doctor vel advocatus vel Notarius audeat vel presumat
pro aliquo fideiubere vel promittere in iudicio vel extra in
civili vel criminali causa vel alio quocumque modo et
maxime ubi veniret interesse Camere nostre sub pena quinquaginta
sexterziorum de facto applicandorum sue sancte Camere, et nihilominus
talis fideiussio vel promissio sit ipso iure nulla et Notarius qui
de tali fideiussione vel promissione rogatus fuerit incidat in
pena 20 sexterziorum applicandorum de facto ut supra

Quod Mulieres honeste non eggantur ingredi palatium cap. 30

Ut Matrimonialis verecundia etiam in Castro Aquaespartae aliqua ex parte conservetur et politici mores vigeant. Statuimus quod honestae mulieres Aquaespartae nullomodo cogi possint ad palatium ingredi in causis Civilibus, vel Criminalibus, vel mixtis causa testificandi, sed servetur mos antiquus, ubi examinentur in Ecclesia S. Caeciliae nostrae Advocatae et Patrone praesentibus ibidem aliquibus ex suis proximioribus. Si vero contra ipsas procederetur in Causa Criminali discretus iudex eius arbitrio suo moderabitur, ita tamen, ut debitus honor semper habeatur.

Quod officiales forenses non possint rogari de Contractibus cap. 31

Ad publicam utilitatem Statuimus quod nullus officialis forensis exercens officium possit rogari de aliquibus Contractibus testamentis et aliis actibus exceptis submissionibus et obligationibus ad instantiam, seu per interesse Curiae sub poena scutorum pro quolibet rogitu et instrumentum inde confectum sit ipso iure nullum. Sed si aliqua ex urgenti necessitate contigerit dictum officialem rogari, debeat instrumentum dicti rogitus describere in libro Civilium Communitatis Aquaespartae, et in publica forma redigere et tempore sui recessus in Cancellaria Communitatis relinquere sub dicta poena. Volumus etiam quod omnia acta facta, omnes bastardellos, et instrumenta in quibus fiscus vel Communitas haberet interesse teneatur relinquere in Cancellaria

25v

Communitati et successori presentare.

De Iure summariè reddendo forensibus cap. 32

Quià quondie Aquaspartani nostri infestantur ob debita particularia quorumdam, et propter timorem represaliarum impediuntur in eorum negotiis et mercantiis exercendis extra nostram iurisdictionem in maximum eorum detrimentum, quià quasi omnes in dictis negotiationibus versatur. Ut ergò materia represaliarum amputetur et creditores iuxta querelas exponere negant. Statuimus quod in causis forensibus procedatur sola facti veritate inspecta, et quocumque die etiam feriato in honorem Dei et abbrevientur termini ita quod expediantur eorum causae per 15 dies cuiuscumque causae temporarum. Et iudex teneatur, sindicato salvo per unum testem idoneum cum iuramento partis debitorem cogere realiter et personaliter ad solutionem creditoris. Et si contigerit venire ad tenutam vel pignora talis tenuta, vel pignis possit subastari alienari, vel in solutum dari debitori ulterius non expectato.

De poena petentis plus debito in solutum cap. 33

Pro calumniosis litibus amputandis. Statuimus, quod si quis petierit ab aliquo vel petere fecerit plus debito cadat in toto et tantundem Camere condannetur. Liceat tamen uti clausola salvo iure. Si vero quis petierit ante tempus, per tantundem temporis actio sibi denegetur quantum dilationis resultat debitori adeo quod dilatio duplicetur debitori. Si vero quis petierit debitum iam solutum condemnetur reo in expensis et Camere in duplum eius quod petierit.

De pena capientis columbas vel contra eas balistantis Cap. 34

Ad publicam utilitatem respicientes statuimus, quod quicumque occiderit, vel ceperit aliquo modo columbas alienas quocumque tempore condemnetur in 25 libris pro quolibet columbo capto vel occiso vel debilitato. Si vero quis contra dictas columbas balistaverit vel archibusetis vel fundis vel saxis vel aliter eos percutere fecerit studiose vel exturbaverit puniatur pena decem lib. pro qualibet vice. Statuimus etiam quod si quis ut saepius evenire compertum est ingressus fuerit columbaria aliena inscio domino, causa capiendi vel expellendi aut turbandi columbas vel eorum pullos puniatur pena 50 lib. denariorum et quilibet possit accusare eum iuramento et omni credatur si fuerit persona fide digna et teneatur secretum et si non fuerit in totum persona digna

215

sufficiat eum eo dicendum unius testis fide digni et presumatur dictum de consuetudine ingressum fuisse si ascenderit seu fuerit prope fenestras ubi nidos faciunt vel columbi turbati visi fuerint exire. Volumus tamen quod liceat cuique expellere columbos de agro suo seminato frumento nondum nato, nec non de paleariis, dummodo eos non interficiat aut capiat.

De pœna amouentis terminos cap. 35

Termini siue limites sunt optime uentatis [illegible] ac discordiarum et rixarum sedatores. Ideirco statuimus quod si quis studiose terminum aliquod de loco suo eiecerit vel effoderit vel euulserit pœna 200 lib. condanetur et terminum in loco pristino reponere cogatur et si non constiterit a quo terminus euulsus fuerit tunc contra illum presumatur ultra alias presumptiones a iure inductas qui noluerit vel recusauerit, quod terminus in primo eius loco reponatur. Si quis vero terminum non amouerit sed prope eum per pedem unum commune arauerit, ligonizauerit aut aliter terram effoderit pœna 25 lib. multetur, et intelligatur si querela fiat ab habente interesse.

De pœna turbantis aliquem in sua possessione cap. 36

Praedo etiam manutenendus est in sua possessione et nemo debet ius suum
dicere nisi secundum dispositionem sacrarum legum. Ideo statuimus
quod si quis turbaverit aliquem in sua possessione eum clam possessio-
ne privando et in ea intrando et se possessore faciendo puniatur
poena 100 lib. et possessionem restituat de facto et privetur omni iure
quod habebat in dicta re occupata, nisi id fecerit de licentia iudicis
ita mandantis causa plenissime cognita et iuribus partium bene
discussis vel nisi validum titulum habeat a possessore praedicto eum
licentia ingrediendi propria auctoritate. Si vero per vim
aliquem de sua possessione eiecerit incidat in poenam 200 lib.
et nihilominus ius quod habet in re amittat ipso iure, et possessionem
restituat. Si vero non privaverit possessorem sua possessione sed eum
aliter et extra iudicialiter et de facto inquietaverit et turbaverit non
patiendo possessorem pacifice possidere, medietatem dictarum poenarum
solvere compellatur in quolibet casu praedictorum et nihilominus co-
gatur de facto desistere de non molestando nisi iuridice.

In quibus bonis non liceat fieri executionem
Cap. 37

Quotiescumque contigerit per officiales curiae pro parte executionem aliquam
fieri in bonis mobilibus pro causis civilibus non liceat capere pro exe-
cutione boves aratorios dum sunt in actu arandi nec tegulas tecti
nec pannos de lecto nec arma offendibilia, nec defensibilia debito-
re existente aliter solvendo.

De diebus festivis celebrandis cap. 38

Dies festos venerari in primis decet et in sacra pagina scriptum est
Sabbata sanctifices. Ideirco statuimus quod nemini liceat in
Aquasparta aut eius territorio aliquod opus manuale exercere
infrascriptis diebus festivis vid. in die Nativitatis D. N. J. Christi cum
duobus diebus sequentibus immediate, die Epiphanie, Circumcisionis,
omnibus festivitatibus B. M. V. omnium Apostolorum, S. Sebastiani,
S. Rocchi, S. Cecilie nre Advocate, die Pascatis resurrectionis cum
duobus sequentibus, cum omnibus diebus Veneris Marij, die Ascensionis,
Pentecostes, quatuor Evangelistarum, S. Crucis de Mense Maij, S. Angeli
de Monte, S. Joannes Baptiste, Conversionis S. Pauli et in omnibus
festivitatibus celebratis per S. R. Ecclesia sub pena 20 solidorum;
liceat tamen in supradictis festivitatibus ligna seu … stagionare,
bladum ab area reportare, aquam, fenum, paleas et herbas conducere,
ligna pro fornace incidere vel portare quando quis est in actu
coquendi calcem et lateres vel tegulas. liceat etiam barones et paleariam
facere exceptis diebus Dominicis usque ad horam Vesperarum, liceat
etiam in diebus festivis ferrare in casu necessitatis.

De pena non accatastantis suas possessiones cap. 39

Statuimus quod quicumque ementi aliquam rem stabilem existentem in territorio [illegible] teneatur illam facere apponi in libro extimi seu catasto infra terminum unius mensis a die emptionis sub pena ducatorum librarum [illegible] et nihilominus onera solvere cogatur et cancellarius communis teneatur de consensu partis alienantis vel viso instrumento emptionis removere de catasto alienantis et ponere ad catastum acquirentis et dictus acquirens teneatur solvere omnes datios onera vel [illegible] ad que tenebatur alienus et teneatur notarius de dicta alienatione rogatus ad petitionem acquirentis [illegible] facere dicto cancellario [illegible] sol. 2 pro eius mercede

LIBER +

EXTRAORDINARIORUM

I

De mensuris, et Passettis Cap. 1

Pro evitandis fraudibus que in vendendo fieri solent. Statuimus quod quilibet de Aquaspana vel retinens aliquas mensuras aptas ad misurandum granum vinum oleum legumina et alia que consistunt in pondere vel mensura vel staderas, vel blances et pondera, ut vulgo dicitur le pese teneatur illas tenere iustas et illas bullari facere a Camerario Communitatis, ad hoc deputato quolibet anno in principio anni et qui contra fecerit in aliquo predictorum incidat in pena 5 libras pro qualibet mensura statera blances vel alio instrumento apto ad ponderandum vel mensurandum, et qualibet vice. Volentes quod Officiales Aquaspane teneantur, et debeant quolibet mense revidere dictas mensuras, stateras et pondera et contra facientes punire, alias puniatur ipse Officialis eadem pena

De plateis mundandis cap. 2

Iudex Aquasparte teneatur et debeat quolibet die Sabbati facere bannum mane, quod quilibet per totum diem dictum debeat uerrere siue scopare ante suam domum et immunditias exportare sub pena 5 sol. pro qualibet uice. Baiulus uero debeat sub dicta pena eadem die mundare seu scopare totam plateam more solito.

Quod nullus piscare possit in Naia quibusdam mensibus cap. 3

Ad commune solatium. Statuimus quod nemini liceat mense Martij, Aprilis et Maij ingredi in flumen Naie animo piscandi uel prope Naiam stare cum aliquibus instrumentis aptis ad capiendos pisces uel etiam manibus ad capiendos pisces excepto hamo. Nec aliquo tempore mittere calcem seu herbam aliquam ad pisces necandos, et capiendos sub pœna 20 lib. in quolibet actu predictorum et instrumenta apta ad pisces capiendos amittat Iudici applicanda. Et quilibet possit accusare et habeat quartam partem pœne, et teneatur secretus.

224v

Quod forenses quolibet anno solvant bol. 4. pro qualibet quartengata semen cap. 4

Sequentes antiquam consuetudinem Aquaspartae. Statuimus, quod quilibet forensis habens vel possidens aliqua bona stabilia in territorio nostro teneatur et obligatus sit solvere quolibet anno bol. 4 pro quartengata seminis qualibet quam tenet et possidet Camerario Communitatis. Volumus quod omnes forenses predicti, qui non habent eorum bona accatastata in Catasto Communitatis Aquaspartae teneantur illa assignare Antianis dictae Terrae pro tempore, et infra annum a die publicationis annotentur in libro Communitatis ubi alia bona annotantur sonis annotentur sub pena amissionis bonorum et ad tollendas lites. Volumus quod appellatione forensium intelligantur omnes maritati, et Donne habitantes extra Territorium Aquaspartae possidentes bona in dicto Territorio.

De fornaciarijs cap. 5

Fornaciarij teneantur, et debeant facere lateres, seu Mattones longitudinis unius pedis Communis, et grassitudinis trium digitorum designatorum, seu sculptorum in quartengo Communitatis et cuppos seu tegulas longitudinis unius pedis cum dimidio Communis, et sint bene cotti et cotte, et debeant facere planellas, et quatrenne

eiusdem

Delli Fornaciari

Capitolo V.

Li Fornaciari siano tenuti, e debbano fare i mattoni di lunghezza di un piede comune, di groſſezza di tre dita designati, o scolpiti nello quartengo della Comunità; ed i coppi, o tegole di lunghezza di un piede, e mezzo, e siano ben cotti, e debbano fare le pianelle e quadrucci della med.ª lunghezza, che sono li mattoni

Della pena di buttar cosa sporca nelle strade publiche di Acquasparta

Capitolo VI.

A neſsuno sia lecito buttar di Casa immondezza alcuna, o bruttura nelle strade publiche sotto pena di mezza lira per ciascuna volta se non cogliesse nella vita, o panni di chi paſsa, che in tal caso si radoppi la pena predetta, e risarcisca il danno che avrà apportato, onde ancora a neſsuno sia lecito buttar ceneri, o feccie di vino, o d'olio, o altro simile in dette strade sotto la detta pena. Sia lecito però a chi ha le Case nelle strade piccole porre

l'immondezza di sua Casa presso la sua porta, e poi fra tre giorni portarle via.

23.5

Della pena di chi va di notte senza lume

Capitolo VII.

A nessuno sia lecito andar di notte dopo il suono della Campana, che si suona per ordine del Giudice, sino al suono della mattina alle laudi senza lume scoperto sotto pena di mezza lira per ciascheduno, dichiarando, che tre Compagni andando insieme possino andare con un sol lume; e chi in tal tempo sarà trovato senza lume, o non vorrà dire il suo nome, si condanni a doppia pena; sia lecito però ad ognuno stare a parlare col suo compagno presso la sua Casa per tre Core, purchè non si possa congetturare qualche cattivo animo.

Della pena de Porci vaganti per la Terra

Capitolo VIII

Non sia lecito ad alcuno lasciare i Porci, che vadano per la terra vagando sotto pena di dieci soldi per porco, e per volta, e se avranno dato danno, oltre la pena, sia tenuto il Padrone anco al danno.

Che non si tengano Pecore, e Capre nella Terra di Acquasparta

Capitolo IX

Non sia lecito a nessuno in Acquasparta ritenere pecore, e Capre, acciò non rendano immonda d.a Terra, e poco salutifera sotto pena di venti soldi per volta, ancorchè vi tenga una sola pecora, o capra, e ciò non s'intenda in tempo di guerra, o di altra comune necessità. Ancora s'intenda nelle pene, se alcuno riterrà più di due giorni in d.a Terra senza licenza

De Pizzicaroli

Capitolo X

De Pizicarolis cap. 10

Quilibet Pizicarolus sive artem Pizicariæ exercens debeat eius artem bene et fideliter exercere absque fraude et deceptione aliqua et quotiescumque venderet alicui aliquid ad dictam artem pertinens et non iuste illud ponderaverit vel mensuraverit incidat in pœnam unius floreni pro qualibet vice, qui non dederit emptori iustum pondus seu iustam mensuram, prout ex forma antiqua capitulorum etiam solvere tenebatur. teneantur etiam ~~solvere~~ observare sub dicta pœna omnia capitula antiqua, quæ in præsenti statuto descripta sunt

Et primo quod dicti Pizicaroli debeant continuatis temporibus habere et tenere panem bonum et recipientem oleum et tonninam seu tarantellum et casium pecudinum, quæ omnia sint bona et recipientia arbitrio Gubernatoris et hominum eligendorum per Communitatem more solito sub dicta pœna toties solvenda quoties contrafactum fuerit et eodem modo debeat habere et tenere ad vendendum carnem salitam et lardum porcinum, quæ omnia tali pretio vendere teneantur et lucrentur solummodo lucra infrascripta videlicet in pane et oleo

In primis pro qualibet quarenga tritici carlenos duos, pro quolibet Caldarello olei carl. duos. Pro quolibet Barrileo tonninæ, sive tarantelli pro centinario casei, pro qualibet centinario carnis salitæ vel lardi

Pro quolibet semimodio piscium, prout per dominum Gubernatorem et duos bonos viros in arte Pizzicarie expertos determinatum fuerit et idem fiat in aliis rebus venalibus hic non expressis. Volumus insuper quod nemini liceat vendere aliquid de pertinentibus ad dictam Pizzicariam sine licentia Pizzicaroli sub poena unius floreni pro qualibet vice et qualibet re vendita. Volumus tamen quod unicuique liceat emere caseum recentem, qui nondum aptus sit ad grattandum a quolibet forensi, vel terrigena. Et eodem modo dicimus de piscibus recentibus quando contingeret quod dictus Pizzicarolus pisces non haberet ad vendendum moderno, quod in dictis Pizzicarolis habeat locum primum capitulum extraordinariorum. Sed si contingeret aliquid velle vendere aliquam rem q.ta ad Pizzicariam debeat illud dare Pizzicarolo pro pretio de quo fuerit in concordia et si non essent concordes teneantur illud vendere pro pretio declarando per superstantes eligendos, quod si dicti Pizzicaroli recusaverint, possit dictam rem vendere impune cuique.

De Macellariis cap. XI

Macellarij Aquasparte debeant ultra alia capitula quae fient inter ipsos facere eorum officium bene et diligenter sine fraude, malitia et dolo et dare unicuique ementi carnes iuste ponderatas, et si dederint minus debito pondere incidat in poenam unius floreni pro qualibet vice et qualibet uncia carnis in qua emptor fraudatus erit. Debeat quolibet tempore quo edantur carnes tenere carnes castrati bonas et recipientes

usque ad diem Iovis

usque ad diem Jovis, videlicet hora Vesperarum incipiendo in Principio Mensis Junij.

Non liceat dictis Macellarijs vendere unam carnem pro alia, puta carnes ovinas pro carnibus castrati, vel carnes porcine, famine non sanate pro carne porci masculi vel sanate, sub dicta pena pro qualibet vice qua tales predictos fecerint.

Nec liceat eis emere carnes Agni vel castrati seu seu pinguetudine repletum, vel ovinam seu hircorum castratorum vel non sub dicta pena.

Non liceat eis immittere vel tenere in Terra Aquaspartae carnes alicuius Animalis Morticini sub dicta pena.

Non liceat eis occidere vel ad vendendum tenere carnes alicuius Animalis quod esset Infirmum tempore, quo abeundo esset occisum sine licentia D. Gubernatoris sub dicta pena.

Statuimus etiam quod nemini liceat vendere in dicta Terra vel eius territorio carnes alicuius generis ut vulgo dicitur a minuto absque licentia Macellarij.

Volumus etiam quod quilibet possit emere animalia viva et inter alios dividere, ut vulgo dicitur ad quarto, dummodo emantur dicta Animal vivum a vero domino sub dicta pena.

Volumus etiam quia commoditas Macellariorum resultat in utilitatem Aquaspartanorum, quod Macellarij possint retinere in territorio Aquaspartae Bestias ducentas castratas aptas ad Macellum et pro illis si damnum dederint non teneantur ad aliquam penam sed solum emendent damnum.

Non tamen liceat dictas Bestias immittere in vineas hortos et Clausura quo casu teneantur ad penam, ut alij: et in totum commoditas incommodetur

Volumus, quod cuilibet de Aquaspartæ liceat custodire, vel reservare pro se duas quartengatas terræ in quas Macellarij non possint immittere eorum bestias et si contrafecerint solvant pœnam prout in bannis datis statutum est. Addentes quod quilibet possit accusare Macellarios contrafacientes in aliquo ex supradictis capitulis et credatur eius iuramento cum aliquo alio inditio et teneatur secretus, et habeat tertiam partem dictarum pœnarum.

De bestijs Morticinis cap. 12

Consulentes communi omnium sanitati Volumus, quod nemini liceat immittere vel portare Aquaspartæ carnes alicuius Animalis occisi vel a lupis vel a canibus vel alijs feris vel stralzati vel spalleti vel aliter casu vel divino iuditio seu culpa devastati maculosi vel mortui sine licentia Domini Gubernatoris sub pœna unius floreni pro qualibet vice, nisi dictum voluerint pro suo usu sed liceat portare eas foris vendere extra portam cum licentia tamen Macellarij et solvere eidem cuilibet unum pro qualibet feritinario

De Molendarijs cap. 13

Ad tollendas fraudes, quæ quotidie committuntur per rapaces Molendarios Statuimus quod Molendarij non possint accipere ab illis qui portant.

qui ponant frumenta ad molendas plusquam lib. 5 frumenti pro qualibet quartengo macinato et ad hunc effectum debeant habere et tenere coppelettam qui sit capax solummodo de 5 lib. grani. Sed quia comperimus illos alio ingenio coppellos ipsos maiores reddere pro propriis manibus apponi ad coppellum qui in fundo sint lati in ore vero angusti, adeo quod sint latitudinis 5 digitorum de vno immissorum et si in aliquo casu praedictorum contrafecerint incidant in poena 20 lib. pro qualibet vice. Volentes quod qui non habent coppellos in praedicta forma debeant sub dicta poena illos invenire seu fieri facere infra vnum mense a die publicationis praesentis statuti.

De fonte cap. 14

Nemini liceat in fonte Aquaspartae salubemmino et pulcherrimo cuius insignia praeferimus videlicet intra muros ipsius fontis aliquid turpe facere vel immittere et pedes aut manus lauare sub poena x sol. pro qualibet vice. Nec liceat aliquod animal infra muros dicti fontis ducere potum sub poena 20 solid. pro qualibet vice. Liceat tamen intra dictos muros lauare olera, et insalatas, et si quis remouerit lapides aliquas existentes in dicto muro vel intra muros incidat in poena 40 sol. et nihilominus dictos lapides reponere inde cogatur et idem intelligatur de aliis publicis fontibus existentibus in territorio Aquaspartae. Volentes, quod in abbeueratoro non liceat lauare

28 v

olera neque pannos neque imminere cados, bigordos neque ligna aliqua sub pena medii solidi pro qualibet vice ad hoc ut agere conveniatur plena et salubria

De pena proicientium animalia mortua vel alios fetores Cap. 15

Nemo audeat vel presumat proicere animalia mortua vel alias res turpes et que fetorem reddere possunt prope muros vel portas eiusdem terre per medium miliare nisi dicta animalia vel res turpes aut fetidas sepelliet in aliquo loco non tamen in locis publicis ita quod nullus malus odor aerem corrumpere possit vel viciare sub pena x lib. pro qualibet vice et qualibet re turpi. Volumus insuper quod eidem pena teneantur qui rudera idest saxa latenibus mixta vel ut vulgo dicitur il terraccio vel il forcciame proiecerit infra dictos terminos maxime in viis publicis absque licentia domini gubernatoris et domini vel liceat tamen omnia predicta portare in Cauema.

De vaginando ensibus vel frenos Cap. 16

Statuimus quod nemini liceat traginare vel immittere intra Seram Bonaesparte trabes vel lignos vel aliquod lignum ad fabricandum... tamen usque ad domum Octaviani extra muros portae Veteris ne strata fabricata devastetur, quod intelligatur de porta nova, quae intra portam portae novae nemini liceat immittere aliquid de supradictis, vel traginare sub poena unius scuti pro qualibet vice.

De porcis asinis bobus et omnibus aliis animalibus quadrupedibus non tenendis in Carbonarijs cap. 27

Statuimus quod nemini liceat immittere tenere ad pascendum in Carbonariis Bonaesparte boves asinos porcos et alia animalia quadrupedia omni tempore sub poena sol. X pro bestia grossa, pro ovibus et capris unius soli pro qualibet vice. Intelligendo carbonaria ripam supra iuxta moenia. Excipimus tamen forenses transeuntes cum bestiis qui non dabunt notitiam statutis.

LIBELLVS DE OFFICIO ET ELECTIONE

Quorumdam Personarum

De electione officio et mercede Camerarij

Cap. i

Statuimus quod eligantur et imbussolentur ex hominibus habitantibus
Aquaspartae continuis tres viri bonae opinionis et famae arbitrio d(omi)ni
Gubernatoris et Antianorum qui sciant legere et scribere et sint apti ad
computa et rationes faciendas et tenendas qui vocentur Camerarij sive
depositarij Communis, et quolibet anno Kalendis Ianuarij extrahatur unus
qui per totum illum annum exerceat officium suum et de triennio fiat dicta
electio et imbussulatio de magis idoneis et finitis dictis imbussulatis eli-
gantur novi qui succedant veteribus. Et volumus quod Camerarij sive
depositarij officium suum sit in primis et ante omnia exigere omnia
subsidia, impositiones et exactiones quascumque imponendas tam per nos
quam nostros successores quam per Communitatem Aquaspartae suo tempore
dicta et taliter quod successores non teneantur exigere non exacta
per Camerarium praeteritum sed ipse Camerarius praeteritus etiam finito
officio debeat exigere ea quae suo tempore non exegit et imposita
fuerunt, exceptis his quae essent exigibilia quae deberet assignare
finito eius officio

finito eius officio Ansianis et Camerario novo. Ita debeat exigere omnia credita Communis cuiuscunque generis et pro iudiciis exercendis et exigendis habeat pro sua Mercede pro Sudore exacto sol. unum pro qualibet libra, quas exigent et pro aliis creditis Communis quatrinum unum pro qualibet libra exigendis solvere debitis. Volumus etiam quod ad officium dicti Camerarij pertineat adiustare et bullare qualibet anno in principio sui Officii omnes mensuras et Blances, stateras et omnia alia instrumenta apta ad mensurandum et ponderandum et habeat pro sua mercede solidos duos pro qualibet mensura statera blance vel aliquo instrumento ad ponderandum et mensurandum ut supra. Et si bullaverit aliquid ex dictis instrumentis, quod non sit iustum incidat in penam 10 lib. ipse Camerarius. Volumus insuper, quod dictus Camerarius debeat tenere et custodire bene et diligenter omnia et singula pignora facienda in causis civilibus et in eius libro adnotare diligenter diem dati et restituti vel venditi pignoris et nomen dni pignoris, cum signis ipsius pignoris et nomen illius ad cuius instantiam pignus factus sit et receptum. et finire ut elapsis terminis de quibus supra in statuto de modo procedendi in causis civilibus dicta pignora subastentur et vendantur vel in solutum dentur, prout in dicto Capitulo continetur. Et si maiori pretio venderentur, vel extimarentur illud plus restituatur dno pignoris debeat etiam dicta pignora bene et diligenter tenere et custodire ne devastentur vel perdantur, quod si accident culpa, vel negligentia Camerarij, teneatur dno pignoris ad interesse

Volumus autem quod dictus Camerarius teneatur solvere officiali seu
bailio executionem debitam executori qui tenetur post tempus vendi-
tionis vel restitutionem pignoris. Et habeat d. Camerarius pro eius
mercede et labore de pretio dictorum pignorum sol. unum pro quolibet
floreno. Volumus insuper, quod praefatus Camerarius non possit
expendere aliquas pecunias Communis sine licentia Antianorum
et bulletta manu Cancellarij. Et si contingerit illud aliquid pecuniarum
quantitatem recipere vigore alicuius bullettae debeat a tergo dictae
bullettae confiteri se recepisse et bullettam remittere Cancellario.
Et exacta vel expensa de dicta Communitate Antianorum debeat
describere in bastardello particulari apponendo diem summam certam et
determinatam expensam et nomen illius cui solutio facta fuerit et
causam propter quam expensio fuerit ita ut Communitas possit constare
vigore ad singula sub poena dicto Camerario contrafacienti 25 solid.
pro qualibet partita quae facta esset contra praesens Capitulum.
Et quia quilibet reddere debet rationem suae negotiationis. Statuimus
quod finito anno teneatur reddere rationem de omnibus exactis solutis
vel gestis per ipsum novis Antianis et Camerario coram Dno Gubernatore
et libros et bastardellos suae negotiationis restituere ut reponantur et
conserventur inter alias scripturas Communis, quod si facere neglexe-
rit incidat in supradictam poenam. Decernentes quod d. Camerarius
ut exemptus ab omnibus oneribus personalibus tempore sui officii
imponendis &c.

De electione officii extimatorum et terminatorum Communitatis cap. 2

Statuimus quod eligantur octo vel decem Massarij ex hominibus et
continuis habitatoribus Aquaspartae de magis idoneis et peritis qui
imbussulari debent et in principio anni extrahantur de dicto bussolo
duo pro quolibet anno, qui postquam fuerint extracti debeant iurare
in manibus Gubernatoris debere et fideliter eorum officium exercendo.
Quorum officium sit extimare omnia damna, quae fient, et evenire poterint
in territorio Aquaspartae ad petitionem cuiuscunque praetendentis in
terris et extimationes referre in iudicio, vel cuique extimare facienti
placuerint. Et recognoscere decidere et terminare omnes differen-
tias vertentes inter aliquos super confinibus agrorum, seu viarum pu-
blicarum vel vicinarum, vel aquae, vel itineris. Teneatur etiam dictorum
officium quolibet anno Mense Maii revidere omnes vias, seu stratas
publicas et vicinales in territorio Aquaspartae, et praecipue viam
Flaminiam et notificare vicinis quod debeant dictas vias reaptare
et in debita latitudine redigere et ramos arborum pendentes vel
quaecumque impedimenta aliquo modo transeuntes incidere et ibi
aqua, vel aliud aliquid nocerit transeuntibus impedimentum illud
quodcumque sit removere et salicare ubi opus fuerit et quando
contigerit, quod expensa esset magna iubent quod alii de Aquasparta

contribueant prout eis videbitur expedire imponendo penam x lib. con-
trafacientib. in qua etiam nunc volumus omnes inobedientes incurrere
et debeat tales supradictos inobedientes denuntiare et deferre dno
Gubernatori qui eos punire debeat ut supra. Et si contingeret
quod aliqua via publica devastaretur ita quod inpossibile
esset eius reaptatio, sive ~~per~~ ingressum aque, sive chasmate
vel lama si non vitio culpa vel negligentia alicuius vi-
cini teneatur viam dirigere et terminare super fundo unius
ex vicinis magis commodum et apto soluto dicto vicino per
alios vicinos. Si vero id culpa vel negligentia alicuius ex vi-
cinis viam dirigere et terminare super fundum ipsius culpabilis si
commode fieri posset absque solutione alicuius pretii sin autem
tunc pretium solvere teneatur convicino qui viam dederit quod
pretium declaretur considerata qualitate possessionis ad quam
domus verisimiliter ~~per~~ eius qualitatis habet affectionem. Saepe
enim in parvo terreno consistit magna commoditas vel utilitas
possessionis. Et si praefati terminatores et extimatores in aliquo prae-
dictorum fuerint negligentes et maxime circa reaptationem et con-
servationem viarum publicarum incidant in penam x sol. pro qua-
libet vice et nihilominus praedicta facere cogantur. Volumus
etiam quod si contingeret quod unus ex dictis terminatoribus et exti-
matoribus esset absens vel impedimento aliquo modo impeditus
possit concius eligere unum idoneum qui assistat sibi durante dicto
impedimento ad dictum officium ~~mercede~~ exercendum, et gesta per
ipsum

ipsos valeant proinde, et si alius extimator extrinsecus fuisset porrexerit, et fecisset. Volumus etiam, quod pro mercede suorum laborum habeant dicti extimatores et terminatores sol. unum pro quolibet et qualibet extimatione et pro quolibet termino per eos affixo et pro quolibet die, quo iverint ad dictas differentias decidendas et dictum eorum officium per annum durare Volumus ut supra. Volumus etiam licere cuique requisito idoneo tamen extimare damna quando per temporis brevitatem damnum passus non potest recurrere ad extimatores predictos et teneantur dicti extimatores referre extimatoribus communis eius iuramento, vel domino Gubernatori.

De pignoribus cap. 3.

Quotiescumque contigerit fieri pignora in rebus mobilibus ex aliqua causa pro interesse, et poenis Camerae nostrae, vel pro interesse aliquorum Communitatis Acquaspartae, liceat Gubernatori et Officialibus dicta pignora ponere apud Hebreum vel aliam personam amicabilem, quae velit solvere pro eis scilicet debitoribus, vel vendere casu quo aliter pecunia haberi non possit et dicta pignora dentur plus offerenti, ut omnis mora talibus rebus removeatur in aliis vero casibus servetur forma de materia loquentia, fiat tamen dicta subastatio semel aut bis ad libitum Gubernatoris et Officialium pro tempore

32 v

De electione, et officio Antianorum. cap. 4

Statuimus quod pro Concilio Generale Aquapartae eligantur per ~~Dominum~~ Gubernatorem et Antianos pro tempore existentes in festivitatibus Nativitatis D. N. J. Xpti 24 viri de Senioribus et Curiae Communitatibus Aquapartae practicis et expertis, qui debeant imbussulari in bussolo Antianorum videlicet nomina trium virorum pro qualibet palloctta seu et deinde per octo dies ante principium mensis extrahi de dicto bussolo palloctta una et aperiri: et illi quorum nomina erunt inclusa in dicta palloctta sint et nominentur Priores seu Antiani: et officium Antianatus exercere teneantur per duos menses immediate sequentes quo tempore debeant recepto prius iuramento in manibus Domini Gubernatoris de fideliter eorum officium exercendo et de non veniendo contra statuta Ill.mi Domini vel Communitatis Aquapartae, et convocationes ordinarias seu tractatus, quae in nostrum damnum evenire possent statim revelando et de inimicis nostris securitate defendendo sive vitando iurare ita et taliter, quod bona Ill.mi Domini et Communitatis conserventur et augmententur: nec non concilia quando opus fuerint pro Communitatis utilitate vel necessitate Congregare et ordinata et eis imposita executioni mandare. nec non debeat negotia Communitatis gerere et utilia facere. Et quolibet anno in festo S. Sebastiani et S. Rocchi

ad eorum honorem

ad eorum honorem officium facere celebrari et pro dicto officio expendere quid
quid eis videbitur et placebit. in reliquis vero non possint nec debeant
aliquid erogare de bonis vel pecuniis Communitatis absque licentia concilii.
Et quando opus fuerit aliquid expendere teneantur per manus Cancellarii
Communis bolletta camerario dirigere scribendo quod debeat solvere tale
ex tali causa tantum vel expendere in emendis talibus rebus ad tale
effectum tantam pecuniarum quantitatem prout casus evenerit prohibentes per ea
his Ansianis exigere sed eveniat ut mediante bolletta ad manus Camerarii
perveniat omnia, que tempore eorum officii debet et poni ex isi nomine
Communitatis. Possint tamen dicti Ansiani facere expensas que supervenient
dicte Communitati ex improviso, et requirat quando celeritatem adeo quod
Concilium Generale convocari non possit de ordine tamen et consensu
Domini Gubernatoris et quinque vel sex Massariorum qui commode haberi
possint in illis extremitatibus. Volumus etiam, quod durante eorum officio
non possint convenire vel conveniri in causis civilibus exceptis causis
forensium et sint durante dicto officio immunes, et exempti ab omni onere
personali et debeatur eis honor et reverentia ab aliis de populo et in
actibus publicis precedant omnes alios excepto Gubernatore cum quo
ire debeant videlicet hinc et hinc a lateribus ipsius. finito autem eorum
officio debeat reddere rationem de omnibus per eos gestis Domino Gubernatori
novis Ansianis et Camerario cum presentia Cancellarii. Et si aliquid
in manibus habebunt teneantur illud restituere infra octo dies
sub pena dupli, et si debitores apparuerint infra dictum terminum

tale debitum solvatur per novos Antianos et Camerarium. Volumus etiam quod eligantur sex homines qui debeant etiam imbussolari separatim singuli in singulis ballottis, qui quotiescumque contigerit aliquem decedere ex dictis 54 extrahatur ubi unus pro quolibet Antiano mortuo, qui exerceat offitium Antianatus loco dicti Antiani mortui

Quod omnia bona sint hipothecata pro sindicis Communitatis cap. 5

Statuimus, quod omnia bona et singula bona stabilia sitaata et posita in terra Aquaspartae, vel eius territorio sint auctoritate presentis statuti hipotheccata et obligata praefatae Communitati et eius sindicis pro omnibus solvendis datiis et collectis imponendis pro Communitate Aquaspartae, ita quod emptor vel alio quovis modo acquisitor talium bonorum teneatur et obligatus sit solvere praedicta prout tenebatur vendens vel alienans absque ulla exceptione &c.

De electione et officio Cancellarii cap. 6

Statuimus quod quolibet anno in principio anni Kalendis Ianuarii per Concilium generale vel per homines a dicto Concilio nominandos eligatur unus Cancellarius peritus et expertus, qui debeat omnia Concilia

et propositas

et propositas faciendas scribere quemadmodum per dictum Gubernatorem et Ansianos ordinatum sit. Deinde in dicto Concilio facere requisitionem in omnes de dicto Concilio sine presentes vocando, uel vocari faciendo, puriliter de Concilio nomine proprio et quantum ad seu amorare inobedientes et non venientes ad dictum Concilium deinde legere propositas scriptas deinde scribere dicta cuiuslibet consulentis et concludendo quod per maiorem partem consiliantium ut pergentio appareat quid conclusum fuerit. Item publica instrumenta confecere de omnibus spectantibus ad Cameram dicte uel Communitatis Aquapendente et illa in publica forma redigere in libris Communitatis nec non scribere libros bandorum et omnes et quascumque scripturas seu epistolas necessarias et opportunas ut sibi mandatum fuerit a dictis Gubernatore et Ansianis nil tamen scribendo sine consensu Gubernatoris. Et si occurrent pro interesse [illegible] Camere, uel Communitatis mittere aliquem nuntium uel Oratorem ad aliquem locum, debeat ire quoties fuerit requisitus a Gubernatore et Ansianis expensis tamen et ergo a Communitate habitis. Teneatur insuper dictus Cancellarius annotare in libris Communitatis quacumque die mense et Anno initium seu principium Gubernatoris Officialium Ansianorum Camerarii et Rauli et facere omnes Bulettas [illegible] contingent cum presentia tamen uel subscriptione Guber[nato]ris. Quas Bulettas debeat registrare in bastardello ad predicta specialiter deputato et easdem bullettas postea quam fuerint confessate recipere a Camerario et illas conseruare in aliqua filza uel folio ut pergentio rationes et computa Communitatis reuideri possint. Debeat etiam interesse, quando Ansiani, uel aliqui ex

34 v

eorum vel Camerarius vel quilibet alius reddit rationem dicti generis per

eos et omnia describere in libris Communis ita ut appareat si

quis remisent debitor vel Creditor Communis et in quanta summa clare

extense et distincte ita ut semper possint fieri calculus et rationes. Teneatur

insuper ponere et describere ad carasia Communis omnes provisiones quae

sibi mandatae fuerint a Gubernatore et Antianis et quando aliquis emerit vel

acquirens ad requisitionem quod ad acquisitionem [illegible] et exi-

mari possit: si hoc fuerit de Consensu alienantis vel si dictus acquirens

ostenderit sibi Cancellario instrumentum acquisitionis [illegible]

ita quod [illegible] sit acquirentis [illegible] [illegible] titulo [illegible]

illa re. Volumus etiam quod dictus Cancellarius teneatur scribere omnes

licentias dandas per Gubernatorem [illegible] seu alienando [illegible]

[illegible] et omnia [illegible] rei alienatae et

nomen Notarii rogati de dicta alienatione et [illegible] pro quo

alienatur. Debeat etiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] et [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

quae [illegible] nullo modo acquiri possint a [illegible]

ingenio. Debeat etiam [illegible] omnes libros [illegible] per officiales

[illegible], et illos una cum omnibus aliis [illegible] tenere

et [illegible] [illegible] nec pati quod aliquo modo [illegible]

[illegible] nec illos exportet extra Palatium Communis sine licentia

Et quando opus fuerit quod fiat aliquod [illegible] [illegible]

actorum

actorum vel scripturarum debeat dictam transumptationem facere cum licentia Gubernatoris et non aliter. Item teneatur fidem facere de legalitate Notariorum Aquaspartae quoties fuerit opus. Item debeat associare Dominum Gubernatorem ad Divina maxima officia et in omnibus actibus publicis assistere una cum Antianis et debeat habere primum locum post Antianos, vel pro omnibus actis supradictis spectantibus ad Cameram Illustrissimi Domini, vel Communitatis Conventus sit salario infrascripto videlicet levandi decem secundum pacta et conventiones inter ipsos faciendas. Item pro fide legalitatis pro interesse particularium Iulium unum. Item pro extractione scripturarum in publica forma ad instantiam particularium Notarii mercedes aliis Notariis tempore supra descriptas pro scripturis vero extrahendis non in publica forma teneatur quod ordinandum supra in rubrica de Mercede Domini Gubernatoris

De non alienando aliquid immobile sine licentia

Ne fraudes fiant contra Cameram Illustrissimi Domini hoc est ne subditi omnia vendant animo migrandi alibi contrahendi domicilium volumus quod nemini liceat vendere vel alio modo alienare aliquid immobile vel alio titulo acquirere existens in territorio Aquaspartae sine expressa licentia Gubernatoris sub poena confiscationis rei alienatae et amissionis pretii.

355

Quod quilibet Rector debeat solvere Archibusium cap: 8

De voluntate consensu et arbitrio Ill.mor nostrorum statuimus quod quilibet Gubernator rector seu Iudex terre Aquaepance teneatur et debeat semestri solvere unum Archibusium idoneum et modernum cum suis dependentibus et annexis Communitati Aquaepance.

Quod quilibet Rector debeat sindicari cap: 9

De consensu et voluntate Ill.mor nostrorum statuimus quod quilibet Rector Gubernator seu Iudex terre Aquaepance debeat in fine sui officij reddere rationem sue administrationis et sindicari more solito et consueto et prestare idoneam cautionem de solvendo omne id et totum in quo veniret condemnandus a fine Communitatis in suo officio declarando quod successor in officio debeat sindicare predecessorem una cum duobus sindicatoribus eligendis et constituendis more solito

LIBER

DAMNORUM DATORUM

De modo procedendi in damnis datis cap. 1

Natura ipsa institutum est quod quisque in sudore vultus sui vescatur pane suo unde convenit quod appetentes aliena condignis penis puniantur ita tamen quod pena moderate et secundum facti qualitatem imponatur. Et quia licet damnum licet largo modo sit maleficium tamen de levioribus reputatur unde congruum species separata sit de damnis datis separata statuta condere decrevimus. Statuimus igitur in primis quod Gubernator vel Rector Aquipendentis possit teneatur et debeat in damnis datis procedere ad accusationem damnum passi cum uno teste. Item per inquisitionem et inventionem mittendo officiales sive custodes ad inveniendum damnum dantes et procedentes prout infra per sequentia formula ordinatum est. Volumus insuper quod dictus Iudex damnorum datorum debeat infra tres dies a die quo quis fuerit accusatus vel inventus seu super inquisitione accusatus denunciatus vel probatus damnum dedisse personaliter vel cum bestiis seu quomodocumque notificare per publicum balium Aquapendentis qualiter est accusatus vel inventus seu in inquisitione positus et comprobatus dedisse tale damnum et terminum sibi assignetur ad se defendendum trium dierum, quo termino elapso et nulla legitima defensione stante cogatur ad penam solvendam et emendationem damni secundum modos infrascriptos. Volumus etiam quod liceat

facientibus inquisitionem apponere in eis quoscumque testes voluerint qui sint
describi infra in processu presentium [illegible], per dictum officialem
et iudex damnorum datorum teneatur examinare absque mercede et quod
liceat dictis facientibus inquisitiones examinare [illegible] pena quemcumque
voluerint eo tempore quo fit inquisitio [illegible] dicti [illegible]
dictus accusatus vel inquisitus in inquisitione solvere debet dictos pro
qualibet libra denariorum quid solvere teneret si non fecerit extractas.
Nec possit dictus Officialis aliquid percipere ad promittendum vel iuran-
dum de non extrahendo aliquid a dicta inquisitione sub pena
unius librae pro qualibet vice. Teneatur etiam quod dictus Officia-
lis damnorum datorum expedire debeat omnem inquisitionem accusationem
vel inventionem infra terminum unius mensis sub dicta pena.
Teneantur insuper dicti Officiales apponere diem mensem et annum
quibus fit inquisitio et mense in quo avenit damnum datum fecisse
et locum et similiter quando examinet testes debeat apponere diem
examinationis et interrogare testes diligenter de mense, loco et de
presentibus et omnia describere declarando quod si plures dixerint
